



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Apotheca Spiritvalivm Pharmacorvm Contra Lvem
Contagiosam Aliosqve Morbos**

Wichmans, Augustin

Antverpiae, 1626

Cap. LXIII. Orationem solam contra pestem non multum praestare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9653

rerum abusus, ex genere suo peccatum mortale, maximè quando opus externum est superstitionis. Ratione tamen ignorantia & bonæ fidei plerique excusat à mortali, scuti multi Aethiopes excusari possunt hodie qui circūciduntur, putantes se per hoc Christum imitari, quia sic instituuntur à suis Episcopis & Sacerdotibus, nec unquam contrarium audierunt. Secus est de Christianis quibus sæpè ignorantia crassa vel dolus imponit, ut si moniti à Parochis suis vel alijs quibus tenentur credere, nolint disfeste, vel suborro dabo non inquit. Plura de his vide apud Lessium & alios similia ex professo tractantes. Est autem Superstitione generatim dicta, falsa religio, id est, vitiosus cultus veri vel falsi numinis. vnde patet duas esse species in quas immediatè illa dividitur: Superstitionem scilicet cultus indebiti seu incongrui, & Superstitionem ratione rei cultæ. illa est cultus peruersus veri numinis: hæc est cultus falsi. dupliciter siquidem in cultu excedi potest. vel enim assumitur id quod non congruit: vel exhibetur ei cui non congruit. Hoc interim denuò addo, plerosque saltem rusticos in plurimis suis à superstitione, licet in speciem talis videatur, excusari, ratione bonæ fidei.

C A P U T LXIII.

Orationem solam contra pestem non multum præstare.

Hactenus de Oratione & de Sanctis illis egimus qui tamquam particulares pro auertenda peste patroli Tutelares, eā grassante per orationes apud Deū inuocandi sunt. Sed non omnis qui dicit mihi; Domine, Domine, propter hos statim exaudietur: sed qui facit voluntate.

voluntatem Patris qui in cœlis est. Sciendum namque di-
 xisse S. Cyprianum, deprecationes solas ad impetrandum
 parum valere nisi factorum & operum accessione farcian-
 tur. Adeste se promittit Dominus/ alludit ad illud Isaïæ 58.
 Tunc in uocabis & Dominus exaudiet, clamabis & dicet, „
 Ecce adsum / & audire ac protegere se eos qui iniustitiae „
 nodos (dissolute colligationes impietatis, solue fasciculos „
 deprimēces, dimitte eos qui cōfracti sunt liberos, & omne „
 onus dirumpe) de corde soluentes & eleēmolynas circa „
 domesticos Dei secundūm eius præcepta facientes, frange „
 esurienti panem tuum & egenos vagosque induc in do- „
 mum tuam. cùm videris nudum operi eum, & carnem tuā „
 ne despixeris) dum audiunt quod Deus præcipit fieri, ipsi
 quoque à Deo merētur audiri. & paulò antè. Orantes non
 in fructuosis nec nudis precibus ad Deum veniant. ineffi-
 cax petatio est cùm precatur Deum sterilis oratio. nam
 cùm omnis arbor non faciens fructum, excidatur & in ig-
 nem mittatur: vtique & sermo non habens fructum, pro-
 mereri Deum non potest, qui nullā est operatione fœcun-
 dus. & ideo Scriptura diuina instruit dicens: *Bona est oratio*
cum ieiunio & eleēmosyna nam qui in die iudicij præmium
 pro operibus & eleēmosynis redditurus est, hodie quoque
 ad orationem cum operatione venienti benignus auditio
 est. *Corneli orationes tua & eleēmosyna ascenderunt in me-*
moriām coram Deo. Sic & Raphael Tobiae oranti & semper
 operantibus fuit dicens: *Quando orabas tu & Sara, ego*
 obtuli memoriam orationis vestræ in conspectum clarita-
 tis Dei. & cum sepelires tu mortuos simpliciter, & quia nō
 es cunctatus exurgere & derelinquere prandium tuum,
 &c misit me Dominus curare te & Sarah nurum tuam.
 ita Cyprianus. Quæ cùm vera sint quid putas ad impetrā-
 dum valebunt solæ deprecationes si peccatis insuper ma-
 culentur? annon referent illud Isaïæ: *Cum multiplicaveritis*
orationem

Trad. de
Orat.

Isa. 58.

Tob. 12:2

Act. 10:2

cap. 21

orationem non exaudiām? manus enim vestra sanguine plena sunt, id est, pleni estis peccatis & malis operibus.

Sanguis enim apud Prophetas symbolum peccati est, & peccati grauioris, ita Osee 4: *Sanguis sanguinem tetigit, id est, peccata peccatis cumulant, ut explicat S. Hieron. & Gregor. lib. 13. Moral. cap. 6.* Sanguis sanguinem tangit, cum culpa culpam cumulauerit. Recte itaque docet Tertull. verendum esse ne aures Dei tam longè absint à preceptibus nostris, quām longè nostræ aures ab eius præceptis.

*Psal. 65.
Psal. 33.
102.25.* *Si aspexi iniquitatem in corde meo, non exaudier. Dominus, fatetur sanctissimus Propheta regius. nam Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Si manserit is in me & verba mea in vobis manserint, quodcumq; volueritis petitis & fieri vobis, docet nos ipse dator omnium Christus. Sed fortasse subuenient nobis eo casu implorata Sanctorū suffragia. Credo; non autem nisi ad pœnitentiam vel frugem si non traductis, saltem conuersis, debent enim, inquit August. Martyres aliquid in nobis de suo inuenire, vt dignentur pro nobis supplicare: usque adeò ut pro ratione cōuersationis vel sanctæ conuersationis Sanctorum suffragia nobis plus minùsue prosint, dicente Ambrosio: Moderate illo qui pensat vota tua & dispensat munera sua, in tantum vicina præsentia præbebitur fidelis aduocati, in quantum fuerit fides deuota à Sanctis in patrocinium suscepit. oratio enim quæ castitatis, iustitiae, eleemosynarum operibus adiuuatur, excedit mundum, penetrat patadisum, euolat usque ad ipsum summæ Maiestatis, Angelo deferente, conspectum. Quod ergo è tot Sanctorum inuocationibus, tot inplorationibus & supplicationibus nullus appareat subinde prouentus, hæreticis quidem in scandalum, nobis vero euadit in confusionem; illi enim inde conficiunt Sanctorum inuocationem vanamesse ac superstitionem: nos vero inde arguimur conuersationem ducere Sanctorum*

storum moribus difformem, & ob id eorum patrocinij
indignam bene siquidem & verissimè S. Bernardus : Ut
impetres Sanctorum suffragium ne deserat conuersatio-
nis eorum exemplum. Lauamini ergo mundi estote aufer-
te malum cogitationum vestrum ab oculis meis, quie-
scite agere peruersè, discite bene facere, tunc exaudiet
& dicet, Ecce adsum. Si abstuleris de medio tui cate-
nam impietatis ; cumque te cōsumptum putaueris, orieris
ut Lucifer. Alias exprobrabit nobis Ecclesiaz hostis quod
Sacerdotibus Baal olim exprobrauit propheta Elias:
Clamate voce maiore : Deus enim est, & forsitan loqui-
3. Reg.
cap. 18.
tur, aut in diuersorio est, aut in itinere, aut certè dormit ut
excitetur. Faxis Deus ut quicumque hæc legerint fru-
etum illum consequantur quem fornicator ille conse-
cutus est, qui cum iam dicta verba, Lauamini, mundi
estote, &c. in Ecclesia legi audiuisset, compunctus tota
corde, conuersus est & vitam incestam in castam com-
mutauit.

An ergo Deus peccatores numquam exaudit, &
numquam illi quod petunt impetrant impedientibus
peccatis eorum? An non Christus in Euangelio sub
parabola iniqui iudicis nobis promittit: *Dico vobis & si non*
Luc. 13.
dabit illi eò quod amicus eius sit, propter improbitatem ta-
men eius surget & dabit ei quotquot habet necessarios? ita
est, promittit & dat quotidie multis peccatoribus quæ
ab eo postulant: sed extraordinaria hæc gratia est, non
certo, non indubitate iure fundata, neque etiam omnibus
communicis. si enim voluntariè permanent in pecca-
to, ordinariè non exaudiuntur (scimus enim quia peccato-
res non exaudit, certâ lege scilicet, & in peccatis manen-
tes: sed si quis cultore eius est hunc exaudit nisi melius quid-
piam aut ad suam gloriam iustumve iudicium vel illo-
rum salutem conuenientius prouideat) iustum enim est
vt qui

vt qui Deum præcipientem & docentem audire contemnunt, eos orantes & supplicantes Deus quoque despiciat.

Num. 11.
Tract 73.
in Ioan. *Interdum tamen exaudiuntur vel ad iudicium vel ad misericordiam, quosdam enim Deus audit ut puniat, quemadmodum audiuimus Israelitas petentes carnes in deserto.*

Lib. 1. de bon. oper. cap. 9. *Meruendum est, inquit August. ne id quod posset non dare propitius, det iratus. quædam tamen extraordinariæ quadam benignitate concedit etiam peccatoribus, ut eos beneficijs ad sui amorem alliciat, in funiculis Adam, in funiculis caritatis. Vide plura apud Bellarm. de conditionibus efficacis orationis ad impetrandum. Vis igitur continuò audiri à Deo, audi tu continuò eum, ne dicatur tibi:*

Prou. 21. *Qui declinat aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Et certè quomodo obtinebunt solæ orationes peccatoris, cùm etiam adiunctâ intercessione Sanctorum affirmet Deus se non exauditurum?*

Terem. 7. Eccl. 15. *Si steterint Moses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. Tu ergo noli orare pro populo, hoc, & non obsist as mihi, quia non exaudiā te. Orationes itaque nostræ bonis operibus infaciendæ sunt; citò enim ad Deum perueniunt, quas merita nostri operis imponūt, eò quod efficacissima ad exorandū Deum sit postulatio, cui pietatis opera, inquit Tertull. suffragantur; alias nuda folia sine fructibus, nudas pelles non ipsos vitulos labiorum nostrorum Deo offerimus, pellis si quidem sine carne est oratio sine bono opere. idque solūm restat, ut audiamus quod Lacon dicebat ad cantantem Luciniām: Vox es, & aliud nihil.*

C A P.